

Beilage.

Bischof Heinrich von Lüttich beurkundet zwei Verleihungen an das Kloster St. Jakob daselbst.

1084 und 1086.

Urkunde aus dem Ende des 11. Jh. im Staatsarchiv zu Lüttich.

Schubert, Eine Lütticher Schriftprovinz (Marburg 1908) S. 10 und 89 f. cit. und Extr.

§ In nomine sanctę et individue trinitatis. § Pium esse credimus id perquirere^a et providere, unde alantur et vestiantur^b pauperes Christi, qui relictis omnibus nudi secuti sunt | ipsum nudum. Quapropter ego Henricus gratia dei Leodicensis episcopus adhibui curam, ut predium^c quoddam nomine Donumcyrici ad monachos sancti Iacobi perveniret, cognito scilicet, quod possessor eius dictus Raginerus id vendere decrevisset, reputans videlicet esse bonum et deo acceptum inde sanctorum necessitatibus^d subveniri. Qua vero circumspectione^e cauta sint omnia, que eius venditionem nostramque emptionem infirmare poterant, memorie tradidimus, ut non solum presentes sed et posteri sciant, ne ulla dubitatio restare queat. Erat idem Raginerus de familia Mathilde marchise habens advocatum Albertum de Briey ita constitutum, ut, quicquid ipse faceret de rebus marchise, hoc ita esset ratum, ac si ipsa fecisset. Quamobrem non ante convenit inter nos, donec ipse Raginerus sacramento super reliquias se astringeret, quia illud predium suum, hoc est Donumcyrici, situm in comitatu^f Hoiensi^f in pago Hasbanie ad flumen Ernem, sancto Iacobo stabile ac firmum efficeret et per advocatum quem diximus et domina sua approbante. Sic ergo ventum est ad traditionem, que facta est cum omnibus ad idem predium respicientibus, ecclesia cambia molendino agris pratis silvis et ceteris appenditiis. Facta est autem in urbe Metensium a predicto Alberto propter hoc, quia longe positus a nostra in illius urbis vicinia^g commanebat^g, suscipiente illam Henrico comite de Durbuy, quem illuc misimus ad hoc ipsum. Cui traditioni interfuerunt Herimannus eiusdem sedis episcopus, Herimannus nepos eius idemque noster

a) Am zweiten 'r' Rasur. b) Am 's' Rasur. c) Am 'r' Rasur. d) 'ss' auf Rasur. e) 's' nachträglich eingefügt. f) 'comitatu Hoiensi' auf Rasur; wahrscheinlich war zuerst 'pago Hasbanie' geschrieben. g) Beide Worte auf Rasur nachgetragen, wahrscheinlich von anderer, aber gleichzeitiger Hand.